...tha.

Wierowski Laurentii: Caelatura Phoebi in armis gentilitiis nobilissima et antiquissima Topororum Familia Edit. a Sig. Tarło illi honoris ergo etc.



CÆLATVRA

PHOEBI,

In Armis Gentilitiis

Nobilissima & Antiquissimâ Topororum Familia Editi,

DOMINI,

D. SIGISMVNDI TARŁO,



Illi Honoris ergò
Sub tempus Hymenæo Sacrum,
QVO
Cum Illustrissimæ & Ornatissimæ Prosapiæ Virgine

ELISABETHA

KOSTCZANKA,

Capitanei Lipen. Viri longè celeberrimi Filia,
Sacra Nuptiarum inibat.

A

LAVRENTIO WIEROWSKI,

Anno Domini, 1636. Metro exhibita.

CRACOVIAE,
Ex Officina Typographica Francisci Cæsarij.



GOrgonis anguicomæ cælatos ægide vultus
Ostentet, galeâ Pallas amicta truci.
Lernæam propriis faciem Tirinthius armis
Gestet, inauratis seu micet illa notis.
Nec Pallas ferro simili, nec dignus Achylles,
Nec fuit Alcides dignus & ipse pari.
Quale TOPORINIS ferrum splendescit in armis,
Non est monstrosis vultibus iste locus.
Monstra procul: viuos TOPORORUM sculpere vultus
Hîc licet, & tantùm diâ trophæa Iouis.



Nobilissimo ac Generosiss: Domino,

D. SIGISMVNDO TARŁO,

LAVRENTIVS WIEROWSKI *felic.*



N Heroum armis imagines, vel propriæ, vel alienæ Virtutis & gloriæ testes, magna arte & precio sculptas, vel auro videlicet vel argento cœlatas fuisse, inspicienti cuiq; res ab Heroibus gestas, penè in limine Historiæ obuium est, modò non tantùm gesta & nomina, sed etiam arma eorum atq; belli insignia, tantò diligentiùs inspiciat, quantò præclariùs, est, Vitas Ducum legenti, non eorum facies & ornamenta notare, sed etiam arma & chalybes, penitiùs introspicere. Notet aliquis, cui placuerit, quidquam aliud in rebus Æneæ, notet splendorem atq; cultum vestium, an ad vsum Troianum talarem, an ad Græcum ferat, an vnius gentis vnus habitum, an plurium induat, qualem, Cretesque, Dryopesque ferunt, pictiq; Agathyrsi: alius faciem eius, de qua decus enitet, consideret, mihi certè se virum magis probauerit, qui illius arma non obiter aspexerit. Quas ibi imagines, quod cælaturæ genus inueniet, Poëta describit:

Illic res Italas Romanorumque triumphos
Fecerat ignipotens.

Similter etiam, curiosò inter ornamenta Achyllis vagari aspectu, & quàm apta sit forma, quamq; diuitibus & splendidis vestibus nosse, quàm verò egregijs armis & probatis, nescire, non multùm à puerili aut muliebri curiositate discrepat. Quantò præclariùs Homerus & Plinius fecit,, quorum ille Illia: 18 hic lib. 36. arma cum suis imaginibus antiquorum Heroum accuratè describit. Iniuriosus enim quisq; est in eum quem

laudat, qui ab ocioso auro, non à laborioso & probato ferro laudem eius deducit, cum totius orbis, non solùm Philosophiæ iudicio, laus omnis Virtutis in actione consistat. Venalis certè est, quæ est ab auro, gloria, quæ autem à ferro, Heroica est. Siquidem non aurum flexibile ferro, sed ferrum indomitum auro, ornamento est. Æstiment aliter hoc meum dictum atq; sententiam alij, sed non Lechi filij, de quibus, nihil præclariùs pronunciare se, Vir ille de Armis Habdank, toto Cælo Sarmetico clarissimus putauit, quàm iniecto aureo in arcam Henrici V. Cæsaris plenam auri annulo, dicere: Pluris, Polonos, ferrum in ceruicibus hostium benè atq; sæpè probatum, quàm iustè ponderatum aurum, & per bilancem examinatum facere. Quid? Generosissimi Sarmatæ nonne huic veritati adscribitis? inter vestras fortunas, quid locupletius, quid preciosius, quid habetis illustrius, quàm vestra Nobilit. Stemmata, & hæc nonne ferrea sunt? Quid Tua Nobilissime Domine arma Gentilitia Topor. aurea sunt? num ferrea? Indignum & iniquum fuerat, Noblitatis imagines auro concedere, cui neq; tutum erat illa concredere, neq; æquitati simile, quod ferrum acquisiuit ac peperit, auro tribuere. Quare Heroes illos non miror antiquos, quòd tantoperè ferrum coluerint, vt quemadmodum nos hodie, aras & gemmas preciosissimas imaginibus pingimus, ita illi antea, ferrum suum & arma. Quocirca, alijs hoc tempore, ad apparatum tui corporis atq; cultum attendentibus, quibusdam videlicet cultis & politis manibus, circa splendorem in vestitu Tuo se occupantibus, alijs equos eximios bullis, frenis, & phaleris, arte instruentibus, his atq; illis nihil aliud agentibus & cogitantibus, nisi quod fulget in oculis, ego annuente Apolline, arma Tua Gentilitia ornanda suscepi. Et quia antiquos illos vetustate Stemmatis Heroes attingis, qui tot imaginibus arma sua pingebant, putaui conducere, in Tuis quoq; insignibus 10. interea cælaturam Emblematum inspergere. Si tempus & locus, de quo spes promittit, affulserint, & ego non vulgaris me Tibi officij meritum, præstitisse perspexero, continuare imaginum ordinem, non grauabor. Vale.

TOPOR

T O P O R
Seu
BIPENNIS GENTILITIA,
Inter duodecim Palatinos poſt Lechi ſtirpem extinctam.

Ob adminiſtratam ab vno eorum ex hac Familia cum dignitate Remp.

O D E.
Tricolos, Tetra: Horat.

HIc iam Curules Lechiadum ſupra
Et Conſulares egrediens Togas,
Sceptrumq́ue Lechi, purpuramq́ue
Progenies TOPORINA triuit.
Iam tum cruentas docta fuit vices
Pro Laureato ſtemmate perpeti
Virtus eorum, poſterorum
Et ſobolis memor affuturæ.
Fumoſa raris tum penetralibus
Imago fulſit, res fuit ardua
Ceræ parentum. nullus inde
Clarus auis proauiſque ductis;
Ab vnde primis fulſit honoribus,
Obtemperanti cùm Patriæ TOPOR,
Regnante poſt Lechum Senatu
Imperium ſtatuiſſet æquum.

 At

At vnde cæpit? dic age tibia
Canora Phæbi, namque tibi Pater
Concessit, Heroum vetustos
A proauis memorare Fastos.

An cum per alti tergora Nerei
Wissimir armis & ratibus grauis
Pergebat, absorptis in vnam
Mille suam ratibus carinam?

Primusné Regni surculus hic tui
Inuicte gentis campicolæ Pater?
Prodire proles tam vetusta
Non alio potuit parente.

Tecumné sortem passus vtramlibet,
Periculosæ forte comes viæ,
Consedit ad Vandæ fluentum,
Pannonicis veniens ab oris?

An cum Parentis sanguine Romuli
Duxit maniplos ex Latio suos,
Gessitque cum lauro Quirinam,
Sub Lechicis aquilis securim?

Creuisse magno debuerat diu
Virtus profectu, laudeque Stemmatis,
Quæ cum Palatino vicissim,
Iura dabat populis, Senatu,

TOPOR

T O P O R

Seu

BIPENNIS GENTILITIA,

In ornamentum Lechi I. Mon. Pol.

Ob res præclarè ſub hoc Rege à Viris huius Familiæ geſtas, quos cum eo veniſſe ab exteris certum eſt.

O D E.

Dicol. Diſtroph. Aſclep. cum Glyc.

MArtis deliciæ Senex
    Regni ſub gelido climate conditor,
Cuius nullibi degener
    Proles, Pannonicis numine proſpero
Tranſplantata trionibus,
    Regnat poſt domitos compede barbaros;
Dum conatibus arduis,
    Fundamenta ſuæ prima Poloniæ,
Heroum laris inclyti
    Formaret, genitor, belligera manu,
Hæc tum Regia cenſuit
    Inſtrumenta, ſuis apta laboribus,

Euentu

Euentu facili Senex
Lætus, Magnanimis cuncta bipennibus
Gaudens cedere peruia.
Qua se cunque T O P O R parte vibrauerat
Hostilis cupidus necis,
Norat Sarmaticis ponere laureis
Fundamenta perennia.
Regnorum, inuidiæ plena tumultibus
Moles, non alijs potest
Nasci principijs nobilioribus.
Sic Carthaginis æmulæ
Surrexit facili culmen Atlanticum
Fato. Sic geniti lupa,
Creuerunt, aquilis mænia prospera,
Cælis & Ioue conscio,
(Nam regni fabricæ, principium Deus)
Demonstrata sub omine.
Quod Regnum ex alijs principijs stetit?
Gnesnæis, quoque Lechia,
Sic gaudens aquilis dextra canentibus,
Cæpit. Stant senis inclyti
Heroumque manu, vi quoque Martia,
Rgni fixa columina.
Es Toporigenis Leche bipennibus,
Non sceptris modò debitor,
Quæ nobis genitor, Vandalidum genus,
Gradiuo peperit Duce.
Quod non inuidiæ temporis improbæ,
Non tristi senio, neque
Ætatis vicijs, fessa vel ocio
Cedas, principio refer.

TOPOR

TOPOR
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
In manu Sarmatici Herculis.

Ob expurgatam ab Heroibus huius Familiæ tanquam cultioribus in hæc loca aduenis, barbariem.

O D E.
Monocolos constans ex Asclepiadeis.

FAunorum latebræ, frondigeræ domus,
Et cum semideis cedite barbari
Vultus, capripedes in scythiam dij,
Extremi ad Tanais littora pergite.
En vrbana Lechi progenies erit,
Quam nostri fugient frondicolæ lares:
Et quæ sylua virens nunc loca posidet,
Hîc magalia cum turribus extruent.
Tellus impatiens vomeris ardui,
Duratam tolerans agricolæ manum,
Cogetur Cererem reddere creditam,
Asuefacta satis non prius annuis.
Leges ex alijs moribus editæ,
Stabunt arbitrio, seu placitis, decem,
Quos inter, Patriæ iura dabit suæ
Vir Toporigenûm stemmate Nobilis.
Hos olim querulus Pan ouium Pater,
Formabat calamis flebilibus modos,
Centauris lachrymas congeminantibus,
Necquicquam miseris antra tuentibus.

T O P O R
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
In manu Sarmatici Typhis.

Ob res eximiè, cum Wissimiro, primo Naualis pugnæ apud Polonos Principe, à viris huius Familiæ terra mariq; gestas, quos sub hoc Principe 12. Palatinis proximo claruisse colligitur.

O D E.
Dicol: Tetrastroph: Sapph.

STricta, magnorum soboli parentum,
Nec satis pingui satiata gleba,
Visa nascentis gelida sub arcto
Portio Regni.

Arma Wissimir super insecatum
Balticum transfert, domitumque nusquam
Æquor, & nostris freta salsa rumpit,
Inuia remis.

Pulchra regnandi, sibi nil inausum
Inque tentatum bona spes relinquit.
Inuium nescit. freta nulla magnis
Ausibus obstant.

Ergo Magnanimo comes Monarchæ,
Scindit æratas TOPORINA classes
Gens, ad extremos etiam parata
Seras & Indos.

Regna Neptuni populata primùm
Lechici pubes generosa Tiphis:
Fæones, Danni, fuerantque demum
Præda Filandi. (Top-

TOPOR
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
In Manu Patriæ,

Ob fiduciam Patriæ, in his viris habitam quod ex antiqua vocandi ſubſidij conſuetudine colligitur, ex qua vt hodie arma, ita antea Stárza ſeu Topor poſcebatur.

ODE.
Monocolos ex Alcaicis puris conſt.

DEfenſor Patriæ, non ſtatuis voce carentibus,
Nec vulgi placitis, aura & aqua mobilioribus,
Sed Virtute ſolet, marmorea rebus in arduis,
Aſtris par ſolidis, ſtare ſuper ſaxa forenſia.
Non tantùm proprijs debet opem noſſe periculis,
Sed rebus, quoties ſtant dubiæ, conſulat imperi,
Scribi marmoreis, qui ſtatuis, vult Patriæ Pater.
Non eſt poſſe ſatis, quem columen dicere ciuium
Æquum eſt. vulneribus tale ſatis non emitur decus.
Nil Hector miſeris, interitu ciuibus attulit,
Quamuis ante ſuos & patriæ procubuit lares.
Quis nunc Hectoream ploret opem? quis rogat adiuua,
Dicens, ſubſidio, diue meis Hector ades malis.
Plus Toporigenûm lauriferis creditur, & licet
Armis. Cùm reſonant ſub rudibus cuncta tumultibus,
Et iam ſaxa volant, atque micant cum gladijs faces,
Fortunæque locum vix aliquem diſsidium facit;
Tum qui quærit opem *Stárza* vocans, *Stárza* iuua petit.
Iracunda Iouis non adeò fulmina, caſibus
Poſcunt inſubitis. Sic Lechiæ *Stárzá* ſuæ deus.

T O P O R
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
In manu Antiſtitum.
Ob Pietatem oriundorum ex hac Familia Præſulum.

O D E.
Dicol. Diſtr: Archiloch: Heptamet. cum Penthem. Iamb.

PAſtorem Cacus vigilem gregis Herculem probauit
Prædo rapinis, cædibuſque ſuetus.
Reddidit infelix cum fenore ſanguinis cruento,
Rupem quod intra mugiebat atram.
Nequicquam rabido de pectore profuit fauilla
Æthnea, nigris inuoluta tædis.
Non ſemper cedit feliciter, eſt ſemel luendu m
Scelus, frequenter proſperè patratum.
Affulget fortuna gregi, licet in rapacis ora,
Et mille dentes incidat Chymæræ.
Grex tamen, Alcide, cum paſcitur, excubante, non eſt
Ab vſque furtis caſibuſque tutus.
Sarmaticis melius Paſtoribus, à lupi cruentis,
Armenta viuunt tutiora, furtis.
Arma, Topororum de ſtemmate Præſules, ferinis
Gregi timendis imbuêre ſignis.
Hercules exuuijs & pellibus, ignei triumphet
Leonis, hydræ, flammeique Caci:
Eſt aliquid tamen, amiſſo grege, tardiùs notatum
Senſiſſe furtum, dormijſſe culpa eſt.
Arma Topororum vigilantia, grex fuiſſe nouit
Hydris, Chymæris & timenda Lærnis.

To-

TOPOR
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
Inter Religionis Insignia.

Ob ædificata per hanc Familiam Religioni domicilia.

ODE
Dicol. Dist: Hexam. cum Archil: Dactyl.

NOn tantùm solidis pendebunt quercubus arma,
Sacra dijs superis.
Hîc vbi sub spolijs marmor, crebrisque trophæis
Æra canora gemunt;
Sint galeæ, clypeique leues, votiuaque Marti
Tela cruore lita.
Non hîc, cum spolijs Topororum dia bipennis,
Pendula ritè manet.
Romuleo pateant latè, Capitolia ferro,
Marmoreique tholi,
Gradiuique Domus, telis, votusque cruentis
Muneribus paries.
Quodsi cum sacris ancilibus, esse bipenni
Gloria iusta foret;
Aut Iouis ante aras, armis defixa maneret
Herculeis potior;
Aut sua fama sibi celsum de marmore fanum
Extrueret solido.
Quid? sublime petat. nam quos insignia Magnæ
Relligionis habent,
Hos etiam TOPORINA tholos conscende bipennis.

T O P O R
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
Inter Ascræa Deæ Iustit: insignia.

Ob conseruatam ab Heroibus huius Familiæ non vulgarem Iustitiam cuius eximio cultu, & sua insignia, Romanæ signa Iustitiæ, tanquam ab illis profecti accepisse videntur.

O D E
Dicol. Dist: Aristoph. cum Alcaico constans.

EXul ab inquinatis,
Perperam vulgi maculis flagitioq́ue terris,
Arbitra, nunc leonem
Versus, & libram, rutilos Virgo colit penates.
Barbariem, rudesq́ue
Despicit mores, Scyticis cautibus, & profundo
Progenitos Auerno,
Qui, parum pæna validis legibus, atque casto
Iudicio luuntur.
In profanata nequijt Diua habitare terra,
Legibus inuidente,
Et piari flagitio, flagitium volente.
Est igitur serenis
Clarior stellis, rudibus terrigenûm tumultu,
Liminibus relictis.
I furor, iam nunc viola, quidquid & æquitati &
Iudicio dicatum est.
Quas putas leges prius, ac iura Notis & Euris,
Dilacerata sparges?
Scilicet, iam nulla fides, Iustitia triones
Astriferos colente,
Floreat. non absq́ue Iouis numine prouidente
Iustitiæ bipennis
Est TOPORORVM soboli credita peruetustæ.

TOPOR

TOPOR

SEV BIPENNIS GENTILITIA,

Sacris Heroum Ancilibus in manu Fortunæ felicior.

Ob integritatem armorum huius Familiæ ferro probatam ſeu chalybe ſine imminutione retentam,

ODE

Dicol. Diſtr: Archiloch.

AVreo chalybs polo
Miſſus, carere credebatur omni
Sorte debili, cui
Rebelle nullum, Phæbus in fodinis
Parturit metallifer,
Æs atque ferrum prælijs dicatum.
Fragminisne caſibus
Æquandus enſis, lege procreatus
Altera, perennium
Donum Deorum, non manu caduca
Conditum, ſed ignea
Incude Cyclopum; quod expoliuit
Officina fulminum
Durata vi & pulſu fabri Deorum
Excoquentis ignibus,
Mortale quidquid inſidet metallo?
Munus è ſinu Iouis,
AEternitatis igneos labores
Conuenitné deſtrui?
Attrita cæſis, arma Chrobrea extant.
Viſus eſt nec ictibus
Fuiſſe SZCZERBIC cælicus rebellis.
Non tamen bipennibus
Armiſque TOPOR ſors obeſt caduca.

TOPOR
SEV BIPENNIS GENTILITIA,
In manu Nobiliſs. Tarlouianæ Familiæ.

Ob adæquatam Maiorum ſuorum ſine degeneratione Virtutem

ODE.
Dicol. Diſtro: Hexam: cum Archil. Iamb.

ANnorum ſeries, pleriſque rotatibus acta,
Ibat ſequente tempore,
Cum generoſa polos Topororum gloria tangens,
Felix nouis honoribus,
Degeneres poſthac nuſquam viſura nepotes,
Sperare iuſsit Patriam:
Dum mouet intonſos capitis leuis aura capillos,
Ventiſque lympha fluctuat,
Et lux Phæbeis, alternans, ibit Eois,
Mauortis hanc Domum fore.
Ergo Toporigenũ ſimilis SISMVNDE propago
Virtute perge proſpera,
Eſt meritis via plana tuis qua
Surgit Olympus.

GRATV-

GRATVLATIO

NOBILISSIMO KOSTKARVM DOMVI, DE AFFINITATE

Cum Præſtantiſſima Topororum Familia.

TRes tibi ſunt ſolidę KOSTKARVM diua propago
In ſolea radiante Cruces, his vicit Olympus:
His & Chriſtiadum, ſignis vexilla triumphant,
Et noſtræ gaudent Aquilæ, nidumq́ue quietum
Conſtituunt, melius fixis adamante columnis.
Iam Soleam Virtus penetrauit veſtra rebellem,
Exciditq́ue locum figendis, laude manuq́ue
Indomita Crucibus, iam ſpernunt quidquid ab Euris
Æolijſq́ue timent aliena cacumina regnis.
Ara micans Patriæ DąBROWA es, ſtemmate trino
Splendida, quod proni ſacris veneramur in aris.
Quid Crucibus Magnæ KOSTKARVM deſit & aræ?
Quid quoque Martigenis niſi Victima conuenit aris
Votiuæq́ue decent hoſtili ſanguine tinctæ?
Ergo Palatinis TOPORORVM gaudeat armis,
KOSTKARVM proprijs ſtans Tutelaribus ara,
Victima ſi deſit, TOPORORVM ſufficit vnum
Ferrum, pro triplici ſacrificare Cruce.

Io Weselne.

Chwilá wesoła; dobrze kto co wesołego
Rozumie / żeby kunsztu nie żałował swego.
Dobre Włoskie ná skoczna note nastroione /
Znidzie sie drzewo serbska fuza vkroione.
Nigdzie lepiey nie vyda iak tu szałamáie /
Smácżno po nich weselne idą obyczáie.
Głośna miedz deta / sztorty / y kornet krzykliwy /
Moga tu wiecey niżli kánar łakotliwy.
Czásby Io poczynać: kogoś teskliwego /
Widze że chetká piecze do tancá skorego.
Bożek sáydáczny teskni / strzelec niewidány /
Niewiem czy w perle iáką / czy w ciáło odźiany.
Z Idáliyská stroy ná nim; coś troche iásnego
Ma ná sobie iedwabiu / y to zbyt ćienkiego.
Łuk ná nim łune czyni / iák dyámentowy
Sáydak pod Herbem Paphu y Cypru Krolowy.
W reku strzał tylko pará / z kruszczu kosztownego /
Ná kogoś to zámyśla / á znakomitego.
Bo tákimi / z Dyáná Iowisz nád gwiazdámi /
V nas / Párys z Helena ránieni strzałámi.
Ná nich wience rożáne / korzyść známienita /
Ktorey głowá nie iedná / pozbyła zawitá.
Io iákieś zwyćieskie / Io wykrzykuie
Iáko ná pewna złote oszczepki gotuie.
Wielkich Zygmuncie Cnot / y Domu wielmożnego /
Domu / ktory pámieta snadź y Lechowego
Záłożenia poczatki / ktore zwyćiestwámi
Vrosły / y Oyczyźnie są dziś filarámi:
Aż tegoż iest bułatu Herbowna broń twoiá /
Z ktorego Hektorowá y Marsowá zbroiá;
Twárdsza nád Achillesow puklerz nie przetrwáły /
Ktory Philoktetowe miał zá żárty strzały;

Szcześliwsza

Szczęśliwsza nád miecz z niebá miány od Chrobrego/
Ktory przećie/ nie vszedł szczerbu choć iednego/
Milsza Oyczyźnie/ nád broń choć Alcydesowe/
(Bo Topor z berłem stáwiał praca Lechusowe/
Gdy nie tylko w Senácie był miedzy Rádámi/
Ale Krolewskie rzady wiodł z Woiewodámi)
Tą bronią złożysz serce/ pewnie od káżdego/
Luboby y od rázu Herkulesowego;
Ale kto tymi nie był zwalczony strzałámi
Ktore Idáliyskiemi pałáią grotámi?
Trudno sie tu sprzećiwiać/ wielka moc ogniowa/
Kiedy sie do niey miesza druga piorunowa.
Piorun kośći gruchoce sprzeczne/ á słábego
Ochránia/ co nayduie sobie powolnego.
Niech sie kto chce spzećiwia/ zwłásczá gdźie o táki
Trudno postrzał/ coby był w dwuch sercách iednáki:
ZYGMVNCIE náß Przezacny dobre szczęśćie twoie/
Parę widzę złoćistych strzał ná serce dwoie.
Czytay ná iedney imię/ twoie złotem lite/
Na drugiey także drugie dyámentem ryte/
W te słowa: obránemu od Bogá Małżonká
Cnoty Domu wielkiego ELZBIETA KOSTCZANKA,
Ktora wźiełá przez mądre Rodźicow staránie/
Ná wzor sobie pokrewnych Swiętych wychowánie.
Corká z Prádźiádow sławnych rodu Wielmożnego/
Ktory miał nośić władzą berłá Krolewskiego.
Nieśie trzy krzyże złote w ozdobney Dąbrowie/
W Dom zacny/ gdźie od Lechá słyną Toporowie.
Niechże w dobrą godźinę/ idą wypuszczone
Strzały/ iákby ná iedno serce vrobione.
A ty Hymen Hymenie/ zácźni co pięknego/
Io wykrzykay/ Io pilnuy weselnego.
Ty záś śáydáczne dźiećię/ wprzod ná sercá dwoie
Náłoż celnieysza trzćinę y oszczepki twoie/
Potym nie żáłuy strzał ná tego y owego/
Dłużey będźie biegánia/ dłużey gonionego.

Himenie teráz śpiewáć o Małżeństwie tobie /
Nowym to dziś Małżonkom będzie ku ozdobie.
Powiedz ták ná hártowne Idáliyskie strzały /
Zadne Thessálskie zioła, ták nie pomagáły /
Jako Małżeńskie w iedno przyiaźń ziednoczenie
Dwoygá osob / y dwu serc w iedno przemienienie.
Postrzałem nigdy postrzał nie bywa leczony /
W tym stanie ten Aphorysm tylko doświádczony.
Tu bowiem swego rázu máło co czuiemy /
Gdy rowny w przyiacielskim sercu náyduiemy.
Ledwie zaymie Vlisses ognia Cypriyskiego /
Wnet sercá Penelope nádstáwia swoiego.
Tobie dzielny Zygmuncie kwoli / Himen tákie
Niechay Io wykrzyka / y noty wszelákie.
W taniecli idzieß / tobie wßytko służy koło /
A wschodzi Io tákieś nád zwyczay wesoło.
Bo snadź śliczne Boginie / co się tu wydaią /
Swoie też Io miedzy Muzykę mießáią.
Wiec iż ci táką sławę wßędzie vczyniono /
Ześ dla ludzkości godzien iest ábyć służono;
Przetoż niechći też ziemna / swym stánawßy kołem /
A Párnás / y Kámeny moie biią czołem.



